

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Approbatio R. P. Prioris S. Avgvstini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](#)

PRÆPOSITI PROVINCIALIS
FACULTAS.

GASPARD DE VEGAS Provincia Castellanae Societ. IESV Prepositus Provincialis, ex particulari admodum R. P. CLAVDIA QUAVIVA Prepositi nostri Generalis commissione mihi concessa, facultatem concedo: ut, Pramissa Catholici Regis Domini n. frilicentia, typis euulgetur Tomus tertius de Perfectione hominis Christiani in Statibus Continentia & Religionis, & observatione consiliorum Euangelicorum, à F. Ludouico de Ponte compitus & grauium Theologorum eiusdem Societatis iudicio examinatus, & approbatus. In cuius rei item has literas manu nostra subscriptas, sigilloq. Officii nostri munitas dedimus. Vallis-Oleti primo die Febr. anni 1613.

GASPARD DE VEGAS Provincialis.

APPROBATIO R. P. PRIORIS S. AVGUSTINI.

Ex mandato vestre Maiestatis perlegi Tertium Tomum à P. Ludouico de Ponte Societ. IESV compositum, cui titulus: De Perfectione homini Christiani in Statibus Continentia & Religionis, & observatione consiliorum Euangelicorum. Qui meo iudicio, fungitar officio Ducis adequtus ac petit, ut qui eum iuxta sui Statutū qualitatem sequantur per varias semitas quas ostendit; per compendia periculorum, & minori labore ad culmen possent Perfectionis peruenire. Quam liber hic admirabili adeò dispositione & ordine tradit, cum doctrina adeò solida, subtilitate spiritus, pietate adeò graui & prudenti, aptaque Sanctorum & Scripturæ sacræ Authoritate ut res digna sit suo Authore, qui magnam suam eruditionem, ingenium, & Scientiam satis ostendit. Quare iudico dandam sibi, quam petit, facultatem, ut libro in lucem edito, crescat ingens illa boni spiritus lux, quam in omnibus materijs, & nationibus haec tenus pertulit, in alijs etiā libris, quos edidit; & iam in varias linguas sunt versi. Datum in nostro S. Augustini Conventu Pompeiopoli 18. Septembr. Anni 1616.

Fr. Didacus Martini.